



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Ingenua benignitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

& Paulum Hoffæum, quorum alterum in concionibus Augustanis, alterum in Prouincialatu successorem habuit, miris laudibus, longeq; sibi anteferens, extollebat: atque ita ingenuè, nihil ut ambigeres, quin ex animi sententia loqueretur. Sapientiam quoque, ut sine fictione didicerat, ita sine inuidia communicabat, aliena opera exposiens, sua inuenta conferens, extimulans hos, alios iuuans ad scribendum, & edendum, quæ salutaria publice forent. Minime erat suspicax, minime malum cogitans: ex bonitate, innocentiaque sua quicquid offerretur vel in optimam accipiebat partem, vel interpretabatur quam mitissime. De nemine conqueri, multo minus obrectare cuiquam, vel cum quopiam quamuis in religione certamine altercari.

Insigniserat mansuetudo: ipsos ex animo miserabatur Hæreticos, & deterrium quemque plurimum: pro quibus & faciebat assidue, & vndique conquirebat ad Deum preces. Habuit manu-  
suetudinis promendæ campum præter maledicta, & calumnias fœdecontumeliosas Hæreticos  
rum, cum Ingolstadij olim, tum postea Augustæ  
ab iis, quos minime oportebat. Quorum ob-  
*Mansuetudo.*

t 2                    trecta-